



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

IX. Die Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

IX. DIE SEPTEMBRIS.

P. ANDREAS
LEOMANVS.

tus est, vt id, quod vidisset silentio fi-
deli obtegeret.

P. IOANNES
PARISOT.

DE hoc sic habent annua Campa-
nia: Zelo magnus: at profun-
dâ se demittendi contentione, ferè ad
Sacramenti vsque nuncupationem,
omnino memorabilis. Sacramenti, seu
potius decreti formula hæc erat, cui
nomen sanguine subscripsit: *Bone Iesu,
Dux meus, humillima humilitatis Doctor
& Professor, exaudi me! In conspectu diui-
ne maiestatis tuae elegi, atque iterum eligo
abiectus esse in domo tua, & Sanctissima
Societate Iesu toto vitæ meæ decursu: &
promitto me nunquam ab inita sancta hu-
militatis via deflexurum. Ex intimo cor-
dis affectu renuncio omni sublimi in ea gra-
dus, & dignitati cuiuslibet, paratus vilia
qualibet obire munia: pueros in infimis
Grammatica classibus, quantum per va-
letudinem licebit, docere: & quicquid con-
temptibilius est hominum oculis, ad glo-
riam nominis tui aggredi, & promptâ
mentis alacritate, dum viuam exequi. Ita
promitto, ita flatuo, atque ex animo desi-
dero*

Gallus Vir-
duni. 9.
Sept. 1651.

Humil.

Ioannes Parisot Societatis Iesu.

Auentione 31. Martij anno 1644. ante ce-
lebrationem primæ missæ. Sic me Christus
Dux humilitatis adiuet, & SS. Christi
Mater Maria, & Patroni mei SS. Ioseph &
Ignatius. Amen. Ita ibi. Inde illi perpe-
tuum profundissimæ demissionis stu-
dium fuit semper, vbique in omnibus,
quatuor tamen vota profiteri iussus,
tandem paruit.

VV 2

X. Die

9. Septemb.
Lithuanus
ad Poloc. a.
1610. ætat.
35. Soc. 35.

Derpatensi Collegio præerat cum
illum in prædio deprehensum
Sueci hæretici vincunt pedibus,
ac manibus in Sueciam abduxere. Ibi
per septem annos in ærumnis vixit
longâ febris vexatus, & ferro ad col-
lum, ac pedes ita vincunt, vt per om-
nem vitam reliquam, cruenta numel-
larum, & compedum vestigia retinuerit.
Ad equuleum quoque fuit rapta-
tus, & in carcere frigidissimo macera-
tus. Inde liber, seuerum imperium
exercuit semper in corpus: durè le-
sto utebatur. Sabbato non cœnabat:
Olusculo & aquâ contentus sæpè vi-
ctirabat; omnia denique corpori com-
moda procul à se amoliebatur. Cha-
ritas illius tam ampla fuit, vt cum nec
medicus vllus adesset Polocix & vi-
ginti è Sociis ægri decumberent, ipse
singulis attemperatè seruiens, chari-
tatem omnia ferre, omnia posse osten-
derit.

P. CLEMENS
PVIOLIVS.

Gallus Pall.
9. Sept. 1628.

Pietate præstanti, & literarum subli-
miorum tantâ scientiâ præditus er-
rat Clemens, vt vulgo ea de illo in-
creuerit opinio, earum perspicentiam
tam insignem illi Beatissimæ Virginis
singulari ope datam, quippe cui hæret
impèsè addictus. Ianitor, eius cubicu-
lum ingressus aliquando illum vultu
accenso reperit à terra sublimem: & à
Clemente obnixè lachrymante roga-

B. P.

Oratio.

S. T. Ignat.

Crucifixum
B. P.

Eider.

Crucif.

Mortific.

Charitas.

Mort.